

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE XII

CONSTITUTIO APOSTOLICA

QUA UNIVERSALE IUBILAEUM, ANNO DOMINI MILLESIMO NONGENTESIMO  
QUINQUAGESIMO ROMAÆ CELEBRATUM, AD CATHOLICUM ORBEM EXTENDITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

UNIVERSIS CHRISTIFIDELIBUS PRAESENTES LITTERAS INSPECTURIS

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Per Annum Sacrum, quem hac in alma Urbe usitato sollemnique ritu heri conclusimus, innumerae multitudines Romam petierunt ut elutis expiatisque animis suorum admissorum veniam a Deo impetrarent, plenamque sibi, vel vita functis lucrarentur indulgentiam. Id Nos summo solacio affecit, quandoquidem fore confidimus ut ex inflammato eiusmodi pietatis studio, quo confluentes peregrinantium turmae cum Romano populo quasi pie decertare visae sunt, christiana illa exoriatur renovatio morum, quae Nobis bonisque omnibus in votis est, et quam tanrope haec Nostra tempora postulant.

Non omnes tamen potuere Romanum iter suscipere; idque non modo ob oeconomicarum rerum discrimen, quod tenuiorem praesertim plebem angit, non modo ob senium, ob infirmitates, ob morbos atque causas, quibus praepedirentur, sed ex eo

Im Laufe des Heiligen Jahres, das Wir gestern in dieser ehrwürdigen Stadt nach althergebrachtem, feierlichem Ritus geschlossen haben, haben unzählige Gläubige Rom besucht, um ihre Seelen auszusöhnen, zu reinigen und so Verzeihung ihrer Sünden zu erlangen und um für sich oder die Verstorbenen den vollkommenen Ablass zu gewinnen. Dies gereichte Uns zum größten Troste, zumal Wir das Vertrauen haben, daß aus solch frommem Eifer, mit dem die Pilgerscharen mit dem römischen Volke gleichsam zu wetteifern schienen, jene christliche Erneuerung der Sitten ihren Anfang nehme, die Wir und alle Guten so sehr wünschen und nach der unsere Zeit so sehr verlangt.

Nicht alle aber konnten die Reise nach Rom unternehmen; nicht nur wegen wirtschaftlicher Schwierigkeiten, die vor allem die ärmeren Schichten des Volkes bedrängen, nicht nur infolge von Alter, Schwäche, Krankheit und anderen Ursachen, durch welche sie verhindert wurden, sondern auch weil in nicht weni-



etiam quod in non paucis Nationibus ob peculiaria rerum adiuncta haec facultas non daretur.

Quamobrem valde opportunum ducimus ex more institutoque Decessorum Nostrorum decernere, ut qui Romae ad hesternum usque diem patuit iubilaei veniae thesaurus, idem per proximum integrum annum christifidelium universitati ubique gentium pateat. Ita enim sperandum est ut quod spiritualis vitae quasi ver novum, summa cum animi Nostri delectatione, per elapsos menses florescere vidimus, nedum exarescat, uberiores usque fructus edat salutare; utque mirandum illud christianae fidei pietatisque spectaculum, quod in sacra hac Urbe admirationem omnium commovit, in cunctis urbibus, oppidis, pagis feliciter iteretur.

Ad quod quidem facilius aptiusque efficiendum curent Venerabiles Fratres Episcopi ceterique locorum Ordinarii, ut greges suis credidi curis opportune hac de re edoceantur, et ad tantum fruendum beneficium impense excitentur. Peculiari autem modo optamus ut id fiat praesertim per conciones ad populum habitas, quae Sacrae Missiones vocantur, vel per Spiritualia Exercitia; quandoquidem experiundo est cognitum hoc divini verbi praedicationis genus multum multumque valere non modo ad errores refellendos et ad christianam doctrinam recte explanandam, sed ad id etiam assequendum, divina aspirante gratia, ut audientium animi ex terrenis rebus ad caelestia revocati tam salutariter commoveantur, ut suas labes eluant atque expient, et ad arduum ingrediendum virtutis iter sincera ac generosa voluntate exstimulentur. Nobis igitur in optatis est ut in singulis paroeciis, si possit, per proximum annum huius generis conciones opportune habeantur; talique ratione christifideles ad suorum impetrandam commissorum veniam plenamque lucrandam debitarum indulgentiarum poenarum rite sancteque praeparentur.

Eos praeterea moneant sacrorum Antistites ut eandem mentem Nostram supplices Deo preces admoveant, quam per Apostolicas Litteras *Jubilaeum Maximum* indicavimus, cum Annum Sacrum hac in alma Urbe celebrandum indiximus; peculiarique modo ut redeat tandem aliquando optatissima pax in omnium animos, in domesticos convictus, in singulas Nationes, in universamque populorum communitatem; ut habeant, „qui persecutionem patiuntur propter iustitiam“ (*Matth. 5,10*) invictam illam fortitudinem, quae Ecclesiam inde ab originibus martyrum cruore decoravit; ut qui profugi, qui captivi, qui extorres longe a propriis laribus abstrahuntur, ad dulcissimam possint, quantocius patriam remeare suam; ut denique civium ordines, pacatis odiis sedatisque discordiis, iustitia fraternaue concordia ac caritate invicem coniungantur; utque sanctissima Ecclesiae iura adversus hos-

gen Nationes ob besonderer Verhältnisse diese Möglichkeit nicht geboten war.

Deswegen erscheint es Uns sehr wünschenswert, nach Brauch und Anordnung Unserer Vorgänger zu bestimmen, daß der Schatz des Jubelablasses, welcher bis zum gestrigen Tag in Rom allein zugänglich war, der Gesamtheit der Christgläubigen des ganzen Erdkreises für das kommende Jahr offen stehe. So ist wohl die Hoffnung berechtigt, daß das, was Wir wie einen neuen Frühling des geistlichen Lebens zu Unserer größten Freude in den vergangenen Monaten aufblühen sahen, nicht verdorre, sondern immer reichere und heilsamere Früchte bringe; daß jenes wunderbare Schauspiel christlichen Glaubens und christlicher Frömmigkeit, das in dieser heiligen Stadt die Bewunderung aller erregte, in Stadt und Land allüberall sich wiederhole.

Um dies in leichterem und geeigneter Weise zu erreichen, mögen die Ehrwürdigen Brüder, die Bischöfe und die übrigen Ortsordinarien dafür Sorge tragen, daß die ihnen anvertrauten Herden in rechter Weise darüber belehrt und angehalten werden, von dieser großen geistigen Wohltate eifrigen Gebrauch zu machen. Vor allem wünschen Wir, daß dies geschehe durch die sogenannten „Heiligen Missionen“ oder durch die Exerzitien. Immer wieder zeigt die Erfahrung, daß diese Art der Verkündigung des göttlichen Wortes viel, sehr viel vermag, nicht nur um Irrtümer zurückzuweisen und die christliche Lehre richtig darzulegen, sondern auch um erfolgreich, mit Hilfe der göttlichen Gnade, die Seelen der Zuhörer von den irdischen Dingen hin zu den himmlischen zu führen, sie zur Reue und heilsamen Buße ihrer Sünden zu bewegen und sie anzueifern, den steilen Weg der Tugend mit aufrichtigem und großmütigem Herzen zu beschreiten. Wir wünschen daher, daß in den einzelnen Pfarreien, wenn möglich, im nächsten Jahr Hl. Missionen oder Exerzitien durchgeführt werden, um so die Gläubigen recht vorzubereiten, die Verzeihung ihrer begangenen Sünden zu erlangen und den vollkommenen Ablass zur Nachlassung ihrer Sündenstrafen zu gewinnen.

Ferner wollen die Oberhirten die Gläubigen ermahnen, sie möchten nach Unserer Meinung, die Wir im Apostolischen Schreiben „*Jubilaeum Maximum*“ anlässlich der Verkündigung des Heiligen Jahres in dieser ehrwürdigen Stadt bekannt gegeben haben, zu Gott dem Herrn inständig beten; insbesondere auch dafür, daß endlich der heiß ersehnte Frieden Einkehr halte in die Herzen aller, in die Familien, in die einzelnen Nationen, in die gesamte Völkergemeinschaft; daß diejenigen, die „um der Gerechtigkeit willen Verfolgung leiden“ (*Matth. 5,10*), jene unbesieglige Kraft erlangen, welche die Kirche von ihren Anfängen an mit dem Blut der Märtyrer geschmückt hat; daß die Flüchtlinge, die Gefangenen, die weitab von ihrer heimatlichen Scholle Vertriebenen, möglichst bald in ihr geliebtes Vaterland zurückkehren können; daß endlich die gesellschaftlichen Klassen ablegen allen Haß, alle Zwistigkeiten beseitigen und sich wiederfinden in Gerechtigkeit, brüderlicher Eintracht und



tium insidias, fallacias insectationesque incolumia semper inviolataque servantur (cfr. *Acta Apostolicae Sedis*, 1949, vol 41, p. 259—260).

Itaque auctoritate Omnipotentis Dei, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, Iubilaeum Maximum, quod in hac sacra Urbe celebratum est, ad universum catholicum orbem per Apostolicas has Litteras extendimus, ad Occidentalem nempe et ad Orientalem Ecclesiam, atque in integrum futurum annum prorogamus; ita scilicet ut lucrificari possit a primis vesperis proximi diei festi Circumcisionis Domini Nostri Jesu Christi ad plenum diem tricesimum primum mensis Decembris futuri anni MDCCCCLI.

Quamobrem omnibus utriusque sexus christifidelibus, extra Urbem eiusque suburbium commorantibus, etiamsi per elapsam Annum Sacrum Iubilaei veniam adepti iam sint, apostolica auctoritate Nostra plenissimam totius poenae, quam pro peccatis luere debeant, indulgentiam — ubique terrarum extra Urbem eiusque suburbium lucranda — concedimus atque impertimus obtenta prius ab iisdem admissorum cuiusque suorum remissione ac venia, dummodo rite per Peenitentiae Sacramentum expiati et Sacra Synaxi refecti — quam ad rem Confessio annua et Paschalis Communio minime iisdem suffragantur — ecclesias vel publica oratoria, hac de causa designanda, statuto tempore pie inviserint.

Haec autem omnia perfici debent ad has, quae sequuntur, normas quas quidem Sacrae Paenitentiarie Apostolicae „Instructio“ opportune declarat atque authentice interpretatur:

I. Locorum Ordinarii, sive per se ipsi, sive per probatos viros ecclesiasticos — quibus etiam, si libuerit, hanc potestatem per integrum anni spatium utendam permiserint — ad iubilares quo attinet visitationes agendas, in *episcopali urbe* cathedralem aedem ac tres alias ecclesias vel publica oratoria designabunt, in quibus, interdum saltem, eucharisticum sacrificium celebrari soleat; in *suburbio* vero et in *reliquis dioecesis partibus* paroecialem cuiusvis paroeciae ecclesiam designabunt, atque, intra eiusdem paroeciae fines, tres alias ecclesias vel oratoria, ut supra diximus. Id ipsum in Orientali Ecclesia Patriarchae aliique locorum Ordinarii per se ipsi faciant vel per ecclesiasticos delegatos viros; unusquisque autem pro sua cuiusque eparchia vel dioecesi.

At in regionibus a Missionalibus excultis, locorum Ordinarii nullo habito discrimine inter Ordinarii sedem ac ceteras territorii partes, quattuor ecclesias vel publica oratoria, ut supra diximus, in qualibet quasi-paroecia vel missionali statione designent.

II. Quemadmodum per elapsi piacularis anni decursum Romae factum est, ita per proximi anni spatium

Liebe; daß die geheiligten Rechte der Kirche gegenüber den Nachstellungen, den Fallstricken und Verfolgungen ihrer Gegner unverletzt erhalten bleiben (vgl. *Acta Apostolicae Sedis* 1949, Bd. 41, S. 259-260).

Daher dehnen Wir kraft der Autorität des Allmächtigen Gottes, der seligen Apostel Petrus und Paulus und Unserer eigenen, das Große Jubiläum, das in dieser heiligen Stadt gefeiert wurde, auf den katholischen Erdkreis durch dieses Apostolische Schreiben aus, d. h. auf die Kirche des Westens und auf die Kirche des Ostens, und verlängern es für das ganze kommende Jahr in der Weise nämlich, daß der Jubiläumsablaß von der ersten Vesper des (kommenden) Festes der Beschneidung des Herrn bis zum Ablauf des 31. Dezember des kommenden Jahres 1951 gewonnen werden kann.

So gewähren Wir kraft Unserer Apostolischen Vollmacht allen Christgläubigen beiderlei Geschlechtes allüberall auf Erden, soweit sie außerhalb der Ewigen Stadt und ihrer Vorstadt wohnen, auch wenn sie im verflossenen Heiligen Jahr des Jubiläumsablasses bereits teilhaftig geworden sind, den Jubiläumsablaß zu gewinnen, nachdem sie vorher Verzeihung und Nachlaß ihrer Sünden erlangt haben, durch den würdigen Empfang des Bußsakramentes mit Gott versöhnt und durch die hl. Kommunion gestärkt — die vorgeschriebene jährliche Beichte und die pflichtmäßige öfterliche Kommunion genügen nicht —, die zu diesem Zweck bestimmten Kirchen oder öffentlichen Oratorien zu der festgesetzten Zeit gläubig besucht haben.

Alle diese Bestimmungen müssen erfüllt werden nach folgenden Vorschriften, welche die Instructio der hl. Apostolischen Poenitentiarie darlegt und verbindlich erklärt:

I. Die Ortsordinarien sollen entweder selbst oder durch erprobte Geistliche — denen sie, wenn es angezeigt scheint, diese Vollmachten auch für den ganzen Zeitlauf des Jahres bewilligen können — bezüglich der Kirchenbesuche im Heiligen Jahre, in der Bischofsstadt die Kathedrale und drei andere Kirchen oder öffentliche Oratorien bezeichnen, in welchen wenigstens gelegentlich das hl. Opfer gefeiert zu werden pflegt. In der Vorstadt des Bischofssitzes aber und in den übrigen Teilen der Diözese sollen sie die Pfarrkirche einer jeden Pfarrei bezeichnen und innerhalb der Grenzen der Pfarrei drei andere Kirchen oder Oratorien, wie oben erwähnt. Dasselbe sollen in der Ostkirche die Patriarchen und die übrigen Ortsordinarien entweder selbst oder durch delegierte Geistliche tun, ein jeder eben für seine Pfarrei oder Diözese.

In den Missionsländern sollen die Ortsordinarien, ohne zu unterscheiden zwischen dem Sitz des Ordinarius und den übrigen Teilen des Missionsgebietes, wie oben ausgeführt, vier Kirchen oder öffentliche Oratorien in jeder Pfarrei oder Missionsstation bestimmen.

II. Wie es im Verlaufe des vergangenen Gnadenjahres in Rom gehalten wurde, so soll auch im fol-



una sacra visitatio habenda est in unaquaque vel unoquoque quattuor ecclesiis vel publicis oratoriis designatis; idque sive eodem die, sive subsequentibus per annum diebus. Quodsi quattuor alicubi ecclesiae vel oratoria publica desint, Ordinarii, pro suo prudenti arbitrio, aut per se ipsi, aut per suos delegatos, decernere poterunt, ut praescriptas quattuor visitationes in minore aedium sacrarum numero peragi liceat.

Praeterea, ubi prudenti locorum Ordinarii iudicio possibile est sine gravi incommodo, unam e quattuor praescriptis visitationibus fieri valde opportunum est ad cathedralem aedem, vel ad aliquod Sanctuarium ad hoc designatum.

III. Preces, in unaquaque visitatione recitandae, hae sunt: quinquies „Pater, Ave, Gloria“; semel praeterea „Pater, Ave, Gloria“ ad mentem Nostram; ac semel formula „Credo“; insuper ter „Ave Maria“ cum invocatione „Regina pacis, ora pro nobis“ ac semel „Salve Regina“. Ad haec adici potest precatio, quam Nosmet ipsi composuimus pro Anno Sancto MDCCCCL.

Ad Orientalem Ecclesiam quod attinet, christifideles, cum iubilares visitationes perficient iis normis obtemperare debent, quas, pro diversis ritibus, eorum Patriarchis locorumve Ordinariis Sacra Nostra Congregatio, Orientali Ecclesiae praeposita, opportuno tempore impertietur. Praeterea singulis locorum Ordinariis fit facultas praescriptas in sacra visitatione preces in alias preces commutandi, cum iubilares haec visitatio privatim agitur. Itemque Orientalis Ecclesiae fideles, qui extra territorii sui fines commorantur, cum latini ritus peregrinis se adiungunt, supplicationis formulas Latinis praescriptas adhibere poterunt; singillatim autem, sive proprii, sive latini ritus formulas iisdem recitare licet.

IV. Ut iubilares visitationes christifideles facilius instituere atque exsequi possint, eis facultas datur easdem peragendi visitationes etiam extra paroeciae vel dioecesis cuiusque suae fines; in templis tamen pro unoquoque loco ab Ordinario legitime designatis. Quod quidem, singula singulis referendo, populis quoque Missionalibus demandatis conceditur.

V. Decernimus praeterea ut, quemadmodum Romae per elapsum piacularum annum actum est, christifideles iubilarem hanc indulgentiam cum sibi, tum vita functis, toties lucrari possint, quoties imperata opera rite perficiant; ita tamen ut nulla pro alio iubilaeo acquirendo opera fieri queant, antequam inchoata opera pro praecedenti omnino absoluta fuerint.

genden Jahr eine Besuchung in jeder der vier Kirchen bzw. in jedem der vier öffentlichen Oratorien, gehalten werden, und zwar entweder am selben Tag oder an darauffolgenden Tagen des Jahres. Wenn irgendwo vier Kirchen oder öffentliche Oratorien fehlen, so können die Ordinarien nach ihrem klugen Ermessen entweder selbst oder durch ihre Vertreter bestimmen, daß die vier vorgeschriebenen Kirchenbesuche auch in einer kleineren Zahl von Kirchen bzw. Oratorien gemacht werden dürfen.

Wo nach dem klugen Urteil der Ortsordinarien es ohne große Schwierigkeit möglich ist, ist es außerdem sehr erwünscht, einen der vier vorgeschriebenen Kirchenbesuche in der Kathedrale oder in einem eigens dafür benannten Wallfahrtsort zu machen.

III. Bei jedem Kirchenbesuch sind folgende Gebete zu verrichten:

Fünf Vater Unser, Gegrüßet seist du Maria, Ehre sei dem Vater; außerdem ein Vater Unser, Gegrüßet seist du Maria und Ehre sei dem Vater nach Unserer Meinung; einmal das Glaubensbekenntnis; ferner dreimal Gegrüßet seist du Maria mit der Anrufung: „Königin des Friedens, bitte für uns“, dazu einmal das „Gegrüßet seist du Königin“. Hinzugefügt werden kann das Gebet, das Wir selbst für das Heilige Jahr 1950 verfaßt haben.

Was die Ostkirche betrifft, müssen die Gläubigen, wenn sie die Jubiläumsbesuche machen, dieselben Bestimmungen beobachten, welche Unsere Kongregation für die Orientalische Kirche entsprechend den verschiedenen Riten ihren Patriarchen und Ortsordinarien zu geeigneter Zeit erlassen wird. Außerdem erhalten die einzelnen Ortsordinarien die Vollmacht, die vorgeschriebenen Gebete beim Kirchenbesuch in andere Gebete umzuwandeln, wenn der Kirchenbesuch privatim geschieht. Ebenso können die Gläubigen der orientalischen Kirche, welche außerhalb der Grenze ihres Gebietes sich aufhalten, wenn sie sich Gläubigen des lateinischen Ritus anschließen, die für den lateinischen Ritus vorgeschriebenen Gebete gebrauchen. Einzelnen aber ist es ihnen gestattet, die Gebete des eigenen oder des lateinischen Ritus zu verrichten.

IV. Damit die Gläubigen die Jubiläumsbesuche bequemer einrichten und ausführen können, wird ihnen die Vollmacht gegeben, diese Besuche auch außerhalb der Pfarrei oder der Grenze ihrer Diözese vorzunehmen, jedoch in den Gotteshäusern, die an jedem Ort vom Ordinarius rechtmäßig bestimmt wurden. Dasselbe wird in entsprechender Weise den Gläubigen der Missionsgebiete gestattet.

V. Ferner bestimmen Wir, daß, wie es in Rom im vergangenen Heiligen Jahr geschehen ist, die Gläubigen diesen Jubiläumsablaß sowohl für sich selbst als auch für die Verstorbenen so oft gewinnen können, als sie die vorgeschriebenen Werke rechtmäßig erfüllen; so aber, daß keine Werke für einen weiteren zu gewinnenden Jubiläumsablaß gelten, bevor die begonnenen Werke für den vorausgehenden ganz erfüllt sind.



VI. Ut autem christifidelibus consulamus, qui in peculiari rerum locorumque condicione versentur, haec statuimus, quae sequuntur.

1. Nautae iique omnes qui navibus inserviunt, si navigium, in quo iter faciunt, sacellum habeat, ubi fas sit sacris operari, inibi poterunt iubilares perficere visitationes. Sin aliter iisdem concedimus ut, cum ad certam stationem se receperint, ibi, in quovis nempe templo, iubilares visitationes, praescriptas preces recitando, instituere possint.

2. Locorum Ordinarii poterunt, aut per se ipsi, aut per ecclesiasticos delegatos viros, si qui impediantur ne visitationes, eo modo quo imperantur, obeant, vel harum numerum contrahere; vel ecclesias invisendas ad minorem item numerum reducere; vel denique sacras visitationes in alia pietatis caritative opera commutare, ad singulorum condicionem accommodata. — Impeditos autem heic intellegi volumus moniales, tertiarias regulares, religiosas sorores, in communitate viventes, pias feminas et puellas aliasve personas in gynaeceis seu *Conservatoriis* degentes; item anachoretas monasticum regularemve Ordinem profitentes et potius contemplationi quam vitae actioni deditos, ut Cistercienses Reformatos de Trappa, Eremitas Camaldulenses et Carthusianos; eos praeterea, qui aut captivi sunt, aut in carceribus custodiuntur; et ecclesiasticos vel religiosos viros, qui in coenobiis aliisve domibus, emendationis causa, detinentur. Impediti ii quoque censeantur, qui aut domi aut in nosocomiis sive morbo sive imbecilla valetudine laborant, et quotquot aegrotis adsunt; ac generatim ii omnes, qui certo impedimento prohibentur quominus statutas visitationes obeant; aequo autem iure esse volumus operarios, qui cotidiano sibi victum labore comparantes, nequeunt se ab eo per tot horas abstinere; ac senes denique, qui septuagesimum aetatis annum excesserint.

VII. Ad facultates quod pertinet, confessariis, ceteroquin ad iuris normam adprobatis, tribuendas, quibus in excipienda Iubilaei confessione salutariter utantur, haec, quae sequuntur, decernimus:

1. Confessariis illae integrae sunt facultates absolventi, dispensandi, commutandi, quascumque ab Apostolica hac Sede vel in perpetuum vel ad tempus legitime impetraverint; id tamen intra concessionis terminos.

2. Monialibus iisque aliis feminis, quarum ad confessiones excipiendas, ex Codicis praescripto, specialis adprobatio Ordinarii requiritur, fas esto quemvis

VI. Um aber auch für jene Christgläubigen Sorge zu tragen, welche in besonderen Verhältnissen oder in einer besonderen Lage sich befinden, haben Wir folgende Bestimmungen getroffen:

1. Die Seeleute und alle, die auf Schiffen beschäftigt sind, können, wenn das Schiff, auf dem sie die Reise unternehmen, eine Kapelle hat, in der das hl. Opfer zu feiern erlaubt ist, dort die Jubiläumsbesuche machen. Wenn das nicht der Fall ist, gestatten Wir ihnen, daß sie, sobald das Schiff irgendwo angelegt hat, in einem beliebigen Gotteshaus dieses Ortes die Jubiläumsbesuche machen können, wobei die vorgeschriebenen Gebete zu verrichten sind.

2. Die Ortsordinarien können entweder selbst oder durch beauftragte Geistliche, für denjenigen, der behindert ist, die Kirchenbesuche in der vorgeschriebenen Weise zu machen, ihre Zahl einschränken oder die zu besuchenden Kirchen auf eine geringere Zahl beschränken oder endlich die Kirchenbesuche in andere Werke der Frömmigkeit oder der Caritas umwandeln, den Umständen und der Lage der Einzelnen angepaßt. — Als behindert wollen Wir hier aber auch die Ordensschwester verstanden wissen, die Regular-Tertiären, die Schwestern, die ein gemeinsames Leben führen, die frommen Frauen und Mädchen und andere Personen, die in Anstalten oder Erholungsheimen sich befinden, ebenso die Einsiedler einer monastischen oder Regulargenossenschaft, die sich mehr dem beschaulichen als dem tätigen Leben widmen, wie die reformierten Zisterzienser (Trappisten), Camaldulenser und Karthäuser; außerdem jene, welche Gefangene sind oder in Gefängnissen festgehalten werden; ferner Welt- und Ordensgeistliche, welche zu ihrer Besserung in Klöstern oder anderen Häusern sich aufhalten. Als behindert sind auch jene anzusehen, welche entweder daheim oder in Krankenhäusern sind wegen Krankheit oder geschwächter Gesundheit und alle jene, die sie pflegen; dazu allgemein auch alle jene, welche durch ein nachweisbar sicheres Hindernis daran gehindert sind, die vorgeschriebenen Besuche zu machen. Wir wollen das gleiche Recht auch den Arbeitern zuerkennen, welche durch die tägliche Arbeit sich den Lebensunterhalt verdienen müssen und sich nicht für mehrere Stunden von ihr frei machen können; ferner die betagten Leute, welche das siebzigste Lebensjahr überschritten haben.

VII. Bezüglich der Vollmachten, welche den aufgrund des Kirchenrechtes approbierten Beichtvätern verliehen sind und von denen sie bei Abnahme der Jubiläumsbeichte heilsamen Gebrauch machen mögen, bestimmen Wir, was folgt:

1. Den Beichtvätern stehen uneingeschränkt jene Vollmachten zu absolvieren, zu dispensieren, umzuwandeln zu, welche sie von diesem Apostolischen Stuhle entweder für immer oder für eine bestimmte Zeit rechtmäßig erlangt oder erhalten haben; dies aber in den gewährten Grenzen.

2. Den Ordensschwester und jenen anderen Frauen, deren Beichte nur ein eigens dafür approbierter Beichtvater abnehmen darf, sei es erlaubt, sich einen belie-



confessarium sibi eligere, ab eodem loci Ordinario pro utroque sexu adprobatum, apud quem Iubilaei confessio peragi queat; cui quidem electo confessario concedimus ut, in excipiendis dumtaxat Iubilaei confessionibus, omnes exercere possit facultates, quas ipse, vi Apostolicae huius Constitutionis, pro omnibus christifidelibus iam habeat.

3. Confessariis omnibus concedimus, ut per Annum Sanctum possint, pro foro conscientiae in actu sacramentalis Confessionis et per se ipsi tantum, absolvere quoslibet paenitentes non solum a quibusvis censuris et peccatis Romano Pontifici aut Ordinario a iure reservatis, sed etiam a censura ab homine lata. Huius tamen censurae absolutio in foro externo non suffragabitur.

VIII. At hisce amplissimis facultatibus ne utantur nisi normis exceptionibusque servatis, quae sequuntur:

1. Ne absolvant, nisi in adiunctis atque ad praescriptum can. 2254 Codicis iuris canonici, eos, qui irretiti sint aliqua censura vel Romano Pontifici personaliter vel specialissimo modo Apostolicae Sedi reservata. Ne absolvant pariter illos, qui in censuram inciderint, de qua in can. 2388 § 1, Sanctae Sedi reservatam ad normam Decreti *Lex sacri coelibatus* per Sacram Paenitentiarium Apostolicam editi d. XVIII mensis Aprilis, a. MDCCCCXXXVI, (cfr. *Acta Apostolicae Sedis*, vol. 28, p. 242) itemque ad normam Declarationis ab eadem Sacra Paenitentia datae d. IV mensis Maii, a. MDCCCCXXXVII (cfr. *Acta Apostolicae Sedis*, vol. 29, p. 283); vi cuius Decreti et Declarationis haec censura in casu speciali, de quo agitur, ita Sacrae Paenitentiae reservatur, ut nemo umquam, excepto periculo mortis, ab ea absolvere possit, ne vi quidem can. 2254.

2. Similiter ne absolvant, nisi ad praescriptum can. 2254, praelatos cleri saecularis ordinaria iurisdictione in foro externo praeditos, superioresque maiores Religionis exemptae, qui in excommunicationem speciali modo Sanctae Sedi reservatam publice inciderint.

3. Haereticos vel schismaticos, qui fuerint publice dogmatizantes, ne absolvant, nisi ii, abiuratis saltem coram ipso confessario haeresi vel schismate, scandalum, ut par est, iam reparaverint, aut promiserint sese, ut par est, efficaciter reparaturos. Ne absolvant praeterea eos, qui in rerum adiunctis versantur, de quibus agitur in Decreto Supremae Sacrae Congregationis S. Officii, d. I. mensis Iulii, a. MDCCCCXXXIX edito, de Communismo (cfr. *Acta Apostolicae Sedis*, vol. 41, p. 334), nisi sincere et efficaciter resipuerint.

bigen Beichtvater auszuwählen, der von demselben Ortsordinarius für beide Geschlechter approbiert ist, um bei ihm die Jubiläumsbeichte abzulegen. Dem so erwähnten Beichtvater gestatten Wir, daß er bei Abnahme der Jubiläumsbeichte von allen Vollmachten Gebrauch machen kann, die er selbst aufgrund dieser Apostolischen Konstitution für alle Christgläubigen besitzt.

3. Allen Beichtvätern gestatten Wir, während des Heiligen Jahres, für den Gewissensbereich innerhalb der sakramentalen Beichte und für sie selbst, alle Gläubigen loszusprechen, nicht nur von allen Zensuren und Sünden, die dem Römischen Papste oder dem Ordinario vom Recht vorbehalten sind, sondern auch von den Zensuren, die durch Urteil oder Befehl verhängt wurden. Die Lossprechung von diesen Zensuren hat aber keine Geltung für den äußeren Rechtsbereich.

VIII. Aber von diesen sehr weit gehenden Vollmachten soll nur unter Beobachtung folgender Vorschriften und Ausnahmen Gebrauch gemacht werden:

1. Wenn nicht besondere Umstände vorliegen und wenn die Vorschrift des Can. 2254 CJC. beachtet wird, sollen jene nicht losgesprochen werden, welche mit einer Zensur behaftet sind, die entweder dem Papste persönlich oder dem Apostolischen Stuhle specialissimo modo reserviert ist. Ebenso sollen jene nicht absolviert werden, welche sich die im can. 2388 § 1 CJC. genannte Zensur zugezogen haben, die dem Hl. Stuhle aufgrund des Dekrets „*Lex sacri coelibatus*“ der Sacra Paenitentia Apostolica vom 18. April 1936 (vgl. *Acta Apostolicae Sedis*, Bd. 28, S. 242) und gemäß der Declaratio derselben hl. Apostolischen Paenitentiarie vom 4. Mai 1937 (vgl. *Acta Apostolicae Sedis*, Bd. 29, S. 283) vorbehalten ist; aufgrund dieses Dekretes und dieser Declaratio ist diese Zensur in dem besonderen Fall, um den es sich handelt, der hl. Paenitentiarie so reserviert, daß niemand, die Todesgefahr ausgenommen, von ihr lossprechen kann auch nicht aufgrund des can. 2254 CJC.

2. In ähnlicher Weise sollen nicht absolviert werden, außer nach Vorschrift des Canon 2254 CJC., die Prälaten des Weltklerus, die mit der außerordentlichen Jurisdiktion für den äußeren Bereich ausgestattet sind, die höheren Oberen der exempten Genossenschaften, die sich eine Exkommunikation, die dem Hl. Stuhl speciali modo vorbehalten ist, öffentlich zugezogen haben.

3. Es sollen ferner erst dann absolviert werden die Häretiker und Schismatici, welche ihre Irrlehre öffentlich vertreten haben, wenn sie vor demselben Beichtvater der Häresie oder dem Schisma abschwören, das gegebene Ärgernis so viel als möglich schon gutgemacht haben oder versprechen, das Ärgernis so gut als möglich wirklich gut zu machen. Ebenso jene, welche sich in Verhältnissen befinden, wovon im Dekret des Hl. Officiums vom 1. Juli 1939 über den Kommunismus die Rede ist, außer sie haben sich ernstlich und wirklich bekehrt (vgl. *Acta Apostolicae Sedis*, Bd. 41, S. 334).



4. Pariter ne absolvant eos, qui secti vetitis, masonicis aliisque id genus nomen dederint, etiamsi occulti sint, nisi, abiurata saltem coram ipso confessario secta, scandalum reparaverint et a quavis activa cooperatione vel favore suae cuiusque sectae praestando cessaverint; nisi ecclesiasticos et religiosos, quos sectae adscriptos noverint, ad can. 2336, § 2, denunciaverint; nisi libros, manu scripta et signa, quae eadem sectam respiciant, quotiescumque adhuc retinent, absolventi tradiderint, ad S. Officium quamprimum caute transmittenda, aut saltem — idque iustis gravibusque de causis — per se ipsi destruxerint; sin minus, ipsimet sincero animo sponderint se memoratas condiciones esse, quamprimum potuerint, adimpleturos; impositis, praeterea, pro modo culparum, gravi poenitentia salutari et frequenti sacramentali Confessione.

5. Qui bona vel iura ecclesiastica sine venia acquisiverint, ne absolvantur nisi aut iis restitutis, aut compositione quam primum ab Ordinario vel ab Apostolica Sede postulata, aut saltem promissione sincere facta eandem compositionem postulandi; nisi de locis agatur, in quibus a Sede Apostolica aliter iam provisum fuerit.

6. Possint iidem confessarii omnia et singula vota *privata*, etiam Sedi Apostolicae reservata, iurata quoque, commutare in alia pia opera, ex iusta causa. Votum autem castitatis perfectae et perpetuae, quamvis ab origine publice emissum sit in professione religiosa tam simplici quam sollemni subinde tamen, aliis huius professionis votis dispensatis, firmum atque integrum manserit, similiter possint, gravi de causa, in alia pia opera commutare. Nullatenus tamen ab eodem illos dispensent, qui vi Ordinis sacri ad legem caelibatus tenentur, etiamsi ad statum laicalem redacti sint. A commutandis vero votis cum praepreudicio tertii, se absterneant, nisi is, cuius interest, libenter, expresseque consenserit. Votum denique non peccandi, aliave poenalia vota ne commutent, nisi in opus, quod, non minus quam votum ipsum, a peccato refrenet atque arceat.

7. Dispensare possint, in foro conscientiae et sacramentali tantum, a quavis irregularitate ex delicto prorsus occulto. Itemque dispensare possint ab irregularitate, de qua in can. 985, 4<sup>o</sup>; sed ad hoc unice, ut poenitens Ordines iam susceptos sine infamiae vel scandalum periculo exercere queat, imposito poenitenti

4. In ähnlicher Weise sollen jene nicht absolviert werden, welche verbotenen Sekten der Freimaurerei oder anderen Gemeinschaften dieser Art angehören, auch wenn ihre Mitgliedschaft geheim ist, wenn sie nicht wenigstens vor dem Beichtvater der Sekte abgeschworen haben, das gegebene Ärgernis wieder gutgemacht und jeder aktiven Mitwirkung oder Begünstigung ihrer und jeder Sekte entsagt haben; wenn sie nicht Geistliche des Welt- und Ordensklerus, um deren Zugehörigkeit zu einer Sekte sie wissen, gemäß can. 2336 § 2 C.J.C. angezeigt haben; wenn sie nicht Bücher, Manuskripte, Abzeichen der betreffenden Sekte, falls sie diese noch besitzen, dem absolvierenden Priester übergeben haben, der sie möglichst bald an das Hl. Officium in umsichtiger Weise zu übersenden hat oder wenigstens — dies nur aus gerechten und schweren Ursachen — selbst vernichtet haben; wenn sie nicht wenigstens aufrichtig versprochen haben, die erwähnten Bedingungen so bald als möglich zu erfüllen; außerdem ist ihnen nach dem Maße der Schuld eine schwere und heilsame Buße und die häufige sakramentale Beichte aufzuerlegen.

5. Wer kirchliche Güter oder Rechte ohne Erlaubnis sich angeeignet hat, soll nicht eher losgesprochen werden, bevor er dieselben zurückgegeben hat, oder bevor er entweder vom Ordinarium oder vom Apostolischen Stuhle einen Ausgleich erbeten oder wenigstens das ehrliche Versprechen abgegeben hat, diesen Ausgleich zu erbitten, sofern es sich nicht um Orte handelt, für die vom Apostolischen Stuhle bereits in anderer Weise Vorsorge getroffen wurde.

6. Dieselben Beichtväter können alle und jedes einzelne private Gelübde, auch die dem Apostolischen Stuhle vorbehalten sind, selbst die beeidigten, aus rechtem Grunde in andere fromme Werke umwandeln. Das Gelübde der vollkommenen und ewigen Keuschheit, auch wenn es ursprünglich bei der feierlichen oder einfachen Profess abgelegt worden ist, das aber, obwohl von den anderen Gelübden dieser Profess dispensiert worden ist, fest und unverändert geblieben ist, können sie ähnlich aus schwerem Grunde in andere fromme Werke umwandeln. Auf keinen Fall aber sollen sie jene dispensieren, welche kraft der hl. Weihe zum Gesetz des Zölibates verpflichtet sind, auch wenn sie in den Laienstand zurückversetzt worden sind. Die Umwandlung von Gelübden mit Vorteil für einen Dritten sollen sie aber unterlassen außer in den Fällen, in denen der Betreffende freiwillig und ausdrücklich seine Zustimmung erteilt hat. Das Gelübde endlich nicht zu sündigen und andere vota poenalia sollen sie nicht umwandeln, wenn nicht in ein Werk, das nicht weniger als das Gelübde von der Sünde abschreckt und abhält.

7. Sie können, doch nur im Bereich des Gewissens und des Sakramentes, von jeder Irregularität zufolge eines geheimen Verbrechens dispensieren. Ebenso können sie dispensieren von der Irregularität, von der can. 985, n. 4<sup>o</sup> handelt; aber ausschließlich nur zu dem Zwecke, daß der Pönitent die schon empfangene Weihe ohne Infamie oder ohne Gefahr eines



onere, sub poena reincidentiae, recurrenti intra mensem ad Sacram Paenitentiarium, et standi eius mandatis.

8. Dispensare item possint, pro foro conscientiae et sacramentali tantum, ab occulto impedimento consanguinitatis in tertio vel secundo gradu (sexto vel quarto iuxta computationem Orientalium) collateralis, etiam attingente primum (quartum vel tertium Orientalium), quod ex generatione illicita proveniat, solummodo ad matrimonium convalidandum, non ad contrahendum.

9. Sive autem de matrimonio contracto agatur sive de contrahendo, dispensare possint ab occulto criminis impedimento, neutro tamen machinante; iniuncta, in primo casu, privata renovatione consensus, secundum can. 1135; imposita, in utroque, salutari, gravi diuturnaque paenitentia.

10. Ad visitationes quod attinet quattuor ecclesiarum, confessarii, pro singulis qui, iusta de causa, eas praescripta ratione perficere nequeant, facultatem habent cum concedendi dispensationem a visitatione alicuius ecclesiae, eam commutando — si fieri potest — in visitationem alius ecclesiae, tum etiam visitationum numerum contrahendi. Cum singulis autem, qui, morbo aliove legitimo impedimento detenti, memoratas ecclesias invisere nequeant, praescriptas visitationes in alia pia opera, quae ab ipsis impleri possint, commutent. Confessarii tamen sciant, se conscientiam suam oneratos, si inconsulto et sine iusta causa christifideles ex eiusmodi visitationibus exemerint. Quos vero recte a visitationibus dispensaverint, iis ne indulgeant, ut preces ad mentem Nostram fundendas, quae a visitatione separari quidem possunt, praetermittant; in aegrotantium tantum commodum liceat eas etiam imminuere.

11. Ab obligatione praescriptae confessionis quam ad adimplendam nec invalida nec annua ex praecepto confessio sufficit, ullum ne exsolvant, ne eum quidem qui materiam necessariam non habeat.

12. Ad S. Communionem quod attinet, nefas esto eiusmodi praescriptum in alia pia opera commutare, nisi de aegrotis agatur qui ab ea suscipienda prorsus impediuntur. Volumus autem, Iubilaei causa, eam sufficere, quae per modum viatici ministratur; minime vero eam, quae in Paschate peragenda praecipitur. Qui tamen paschale praeceptum misere neglexerit, possit is deinde una Communionem utrique obligationi satisfacere.

Ärgernisses ausüben kann; dem Pönitent ist unter der Strafe des Rückfalls zur Auflage zu machen, innerhalb eines Monates an die Hl. Paenitentiarie zu rekurrieren und ihren Auflagen zu entsprechen.

8. Sie können ebenfalls dispensieren, doch nur für den Bereich des Gewissens und des Sakramentes, von dem geheimen Ehehindernis der Blutsverwandtschaft im dritten oder im zweiten Grad der Seitenlinie (im sechsten oder vierten Grad nach der Zählung der Orientalen), auch wenn der erste Grad berührt wird (vierte oder dritte Grad bei den Orientalen), welches ex generatione illicita entstanden ist, aber nur zum Zweck der Konvalidation der Ehe, nicht zum Eheabschluß.

9. Gleichviel ob es sich um eine bereits geschlossene Ehe handelt oder um eine erst zu schließende, können sie dispensieren vom geheimen Hindernis des Verbrechens, ausgenommen die Fälle, in denen — auch nur von einer Seite — Gattenmord vorliegt. Im ersten Falle ist dem Pönitenten die private Erneuerung des Konsenses gemäß can. 1135. CJC. aufzuerlegen; in beiden Fällen eine heilsame, schwere und lang andauernde Buße.

10. Bezüglich der vier Kirchenbesuche haben die Beichtväter die Vollmacht, einzelne, die aus gerechter Ursache diese nicht in der vorgeschriebenen Weise machen können, sowohl vom Besuche einer Kirche zu dispensieren, indem sie ihn, wo es möglich ist, in den Besuch einer anderen Kirche umwandeln, als auch die Zahl der Besuche zu verringern. Wer aber wegen Krankheit oder wegen eines anderen rechtmäßigen Hindernisses die erwähnten Kirchen nicht besuchen kann, dem können sie die vorgeschriebenen Besuche in andere fromme Werke, deren Erfüllung ihnen möglich ist, umwandeln. Die Beichtväter sollen aber wissen, daß sie ihr Gewissen beschweren, wenn sie leichtfertig und ohne gerechten Grund die Gläubigen von jedem Kirchenbesuch dispensieren. Wenn sie aber rechtmäßig vom Kirchenbesuch dispensiert haben, dem dürfen sie nicht gestatten, auch die Gebete, die nach Unserer Meinung zu verrichten sind und welche von den Kirchenbesuchen getrennt werden können, wegzulassen; zum Vorteil der Kranken aber ist es ihnen gestattet, auch diese herabzusetzen.

11. Von der Verpflichtung der vorgeschriebenen Beichte, zu deren Erfüllung weder die ungültige noch die vorgeschriebene Jahresbeichte genügt, sollen sie auch jenen nicht befreien, der keine notwendige Materie hat.

12. Was die hl. Kommunion betrifft, ist es niemals gestattet, diese vorgeschriebene Leistung in andere fromme Werke umzuwandeln, es sei denn, es handle sich um Kranke, denen der Empfang ganz und gar unmöglich ist. Wir wollen aber des Jubiläums wegen, daß die hl. Kommunion genügt, welche in der Form der Wegzehrung gespendet wird; keineswegs aber jene, deren Empfang in der österlichen Zeit vorgeschrieben ist. Wer aber die österliche Pflicht beklagenswerterweise vernachlässigt hat, der kann nachher mit einer Kommunion beide Verpflichtungen erfüllen.



13. Confessarii sciant posse se descriptis facultatibus uti cum omnibus fidelibus Ecclesiae tam Occidentalis quam Orientalis, qui ad confitendum apud ipsos accedant ea mente et voluntate, sincera quidem et firma, ut Iubilaei veniam lucrentur.

Facultatibus tamen absolvendi a peccatis et ab ecclesiasticis censuris itemque dispensandi ab irregularitate cum eodem paenitente uti nequeant nisi semel tantum, cum ipse Iubilaei veniam primum lecretur.

Alias vero facultates — eam etiam visitationes contrahendi aut commutandi ad datam normam sub n. 10 — in favorem etiam eiusdem paenitentis semper exercere poterunt.

Ceterum, si qui post inchoata, huius Iubilaei adipiscendi animo, praescripta opera, praefinitum visitationum numerum morbo impediti complere nequiverint, Nos piaepromptaeque illorum voluntati benigne favere cupientes, eosdem rite confessos ac sacra Communionem refectos, memoratae indulgentiae participes fieri volumus, non secus ac si omnia imperata opera expleverint.

Itaque haec omnia, quae per Apostolicas has Litteras constituimus ac declaravimus, volumus firma ac valida existere et fore, ad effectum Iubilaei ad universum catholicum orbem proferendi, non obstantibus contrariis quibuslibet. Earum autem Litterarum exemplis atque excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo munitis viri in ecclesiastica dignitate constituti, eandem iubemus adhiberi fidem, quae hisce adhiberetur Litteris, si forent exhibitae vel ostensae.

Nulli igitur liceat paginam hanc Nostra concessionis, voluntatis et declarationis infringere, vel ei, ausu temerario, contra ire. Quod si quis attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die vicesima quinta mensis Decembris, in festo Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo, Pontificatus Nostri duodecimo.

PIUS PP. XII.

13. Die Beichtväter mögen wissen, daß sie die genannten Vollmachten für die Gläubigen sowohl der Kirche des Westens als auch der Kirche des Ostens gebrauchen können, welche zu ihnen zur Beichte kommen mit der ehrlichen und festen Absicht, den Jubiläumsablaß zu gewinnen.

Von der Vollmacht, von Sünden, kirchlichen Zensuren, wie auch von der Irregularität loszusprechen, können sie aber für ein und dasselbe Beichtkind nur ein einzigesmal Gebrauch machen, nämlich, wenn es selbst zum erstenmal den Jubiläumsablaß gewinnt.

Die anderen Vollmachten aber — auch jene, die Kirchenbesuche zu beschränken oder zu ändern nach der Bestimmung Nr. 10 — können sie zugunsten auch ein und desselben Beichtkindes immer wieder anwenden.

Wenn im übrigen Gläubige mit den für die Gewinnung des Jubiläumsablasses vorgeschriebenen guten Werken begonnen haben, aber infolge von Krankheit die vorgeschriebene Zahl der Kirchenbesuche nicht erfüllen können, wollen Wir, um ihrem frommen und guten Willen entgegenzukommen, daß sie nach würdiger hl. Beicht und hl. Kommunion des erwähnten Ablasses teilhaftig werden, nicht anders, als ob sie alle übrigen vorgeschriebenen Werke verrichtet hätten.

So wollen Wir, daß alle diese Bestimmungen, die Wir durch dieses Apostolische Schreiben festgelegt und erklärt haben, Rechtskraft haben, um den Zweck des Jubiläums auf dem ganzen Erdkreis zu fördern. Wir befehlen, daß die Abschriften und Auszüge dieses Schreibens, wenn sie von einem öffentlichen Notar unterschrieben und mit dem Siegel eines kirchlichen Würdenträgers versehen sind, denselben Glauben genießen, welcher diesem Schreiben zukommt, wenn es im Original ausgehändigt oder vorgezeigt würde.

Niemanden sei es erlaubt, diesem Schriftstück, das Unseren Willen und Unsere Erklärung enthält, Abtrag zu tun oder leichtfertig dagegen aufzutreten. Wer es sich aber herausnimmt, es anzutasten, der wisse, daß er sich das Mißfallen des allmächtigen Gottes und der hl. Apostel Petrus und Paulus zuzieht.

Gegeben zu Rom beim hl. Petrus, am 25. Dezember, dem Fest der Geburt Unseres Herrn Jesus Christus, im Jahre 1950, im 12. Jahre Unseres Pontifikates.

PIUS PP. XII.



## SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

## INSTRUCTIO

AD OMNES PATRIARCHAS, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ET ALIOS LOCORUM ORDINARIOS,  
DE IUBILARI ANNO, QUI AD UNIVERSUM CATHOLICUM ORBEM EXTENDITUR.

Quandoquidem universale Iubilaeum, hac in alma Urbe celebratum, edita nuperrime Constitutione Apostolica „Per Annum Sacrum”, ad catholicum orbem extenditur, summopere interest ut quae in eadem decernuntur, accurate, prudenter diligenterque ad effectum deducantur.

Id ut tutius ac facilius affici possit, SS. D. N. Pius Divina Providentia Papa XII iussit ut generales illas normas, quae in eadem Apostolica Constitutione continentur, haec Sacra Paenitentiarum Apostolica enucleate opportuneque declararet atque authentice interpretaretur.

Quamobrem haec „Instructio” ad catholicos omnes Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos aliosque Locorum Ordinarios eo quidem consilio mittitur, ut non modo iidem ea omnia, quae heic edicuntur, studiose perpendant, sed ut etiam sollerter seduloque curent ut clerus populisque unicuique concreditis, ac praesertim confessarii, editis normis earumque interpretationibus diligentissime obtemperent.

Hae autem sunt, quae sequuntur, peculiare normae atque authenticae interpretationes ab omnibus adamussim servandae:

I. Christifideles, qui iubilarem indulgentiam lucrari volunt, noscant imprimis necesse esse ut quattuor illis condicionibus obtemperent, quae, ad normam Apostolicae Constitutionis „Per Annum Sacrum” imponuntur: oportet nempe Confessionem sacramentalem instituunt, ad Sacram Synaxim accedant, atque imperatas visitationes peragant, in quibus quidem praescriptas preces recitare debent.

II. Confessio autem et Communio ad lucrandam piacularis anni veniam imperatae nihil refert utrum visitationibus quattuor Ecclesiarum antecedant, an interponantur vel succedant; unum refert et necesse est, ut postremum ex praescriptis opus, quod etiam Communio esse potest, in statu gratiae, ad can. 925 § 1, compleatur. Si quis igitur post confessionem peractam, ultimo nondum completo opere, in letale rursus inciderit, iteret confessionem oportet, si sacram Synaxim debet adhuc suscipere; secus, satis erit, ut, actu contritionis perfectae elicit, cum Deo reconcilietur.

III. Si quis interdum, animo sacras visitationes rite peragendi ad ecclesiae fores pervenerit, aditu ad eam iam clauso vel quavis de causa impedito, tum satis erit ad easdem fores Deum exorare, praescriptas preces recitando. At visitatio pia ac devota sit oportet, idest facta animo Deum colendi; quem quidem animum ipsa exterior reverentia aliquo modo patefaciat.

IV. Vocales preces, quae praescribuntur, alternis etiam vocibus recitari possunt. Mutis vero can. 936 consulitur.

V. Ad confessarios quod attinet, noscant imprimis in compertoque habeant se extraordinariis hisce facultatibus uti posse dumtaxat erga paenitentes qui ad confitendum accedant ea mente et sincera voluntate ut Iubilaei veniam consequantur; attamen si paenitens, mutato proposito, ab acquirenda indulgentia Iubilaei destiterit atque cetera opera imperata intermiserit, omnes absolutiones censurarum si eas excipias quae ad reincidentiam datae sint, itemque commutationes et dispensationes concessae in suo robore permaneant.

Confessarii his facultatibus uti possunt etiam in foro interno extrasacramentali, dummodo de peculiaribus facultatibus ne agatur pro quibus sacramentalis confessio expresse requiratur.

Parochi tamen peculiarem facultatem habeant iubilares visitationes dispensandi, contrahendi ac commutandi ad normam Constitutionis „Per Annum Sacrum”, sub n. VIII, 10, non modo cum de paenitentibus agitur, sed etiam cum de singulis fidelibus singulisque familiis parociae suae.

VI. Quandoquidem facultas absolvendi a peccatis et ab ecclesiasticis censuris, itemque dispensandi ab irregularitate hisce finibus continetur atque circumscribitur, ita ut per piacularis anni celebrationem semel tantummodo cum eodem paenitente exerceri queat, cum scilicet ipsemet iubilarem veniam primum lucratur (cfr. Const. „Per Annum Sacrum” sub n. VIII, 13); itemque tum solummodo, cum paenitens iam ab alio confessario facultatem habente per anni sancti decursum ab his peccatis atque censuris absolutus non fuerit, vel ab irregularitate dispensatus, summopere necesse est confessarios, ut munere suo rite fungantur, a quolibet paenitente hisce peccatis, censuris vel irregularitate irretito exquirere:

1<sup>o</sup> utrum iam iubilarem veniam anno MDCCCCLI lucrifecerit necne;

2<sup>o</sup> quodsi eam non lucrifecerit, num, anno sancto MDCCCCLI vertente, a peccatis vel a censuris reservatis absolutus fuerit; vel ab irregularitate dispensatus. Etenim si ipse a die I mensis Ianuarii a. MDCCCCLI vel iam iubilarem veniam lucratus fuerit, vel iam fuerit a peccatis aut a censuris absolutus, vel denique ab irregularitate dispensatus, absolutionem et dispensationem eiusmodi iterum obtinere non potest.

VII. Confessarii praediscant ac memoria teneant indicem peccatorum, censurarum, poenarum impedimentorumque omnium, quorum absolutio vel dispensatio in facultatibus sibi concessis non comprehenditur; si qua autem eiusmodi occurrerint, meminisse eos oportet, non aliter posse se paenitenti providere, quam iis religiose servatis quae Codex praescribit can. 2254, 2290, 1045 § 3.



VIII. Non praetermittant suam cuique paenitenti salutarem paenitentiam sacramentalem imponere, etiamsi sibi conicere iure liceat paenitentem plenissimam Iubilaei veniam esse consecuturum.

IX. Si quis in occultas censuras ob partem quoquo modo laesam inciderit, eum ne ante absolvant, quam parti laesae, etiam scandalum reparando damnique sarciendo, satisfecerit: aut saltem, si eiusmodi satisfactionem praestare ante non possit, vere graviterque promiserit se, cum primum licuerit, satisfacturum.

X. Confessarii, qui a censuris etiam publicis absolvere possunt, hoc exploratum habeant:

Qui aliqua censura fuerint, nominatim affecti vel uti tales publice renuntiati, non posse eos tamdiu Iubilaei beneficio frui quamdiu in foro externo non satisfecerint prout de iure. Si tamen contumaciam in foro interno sincere deposuerint et rite dispositos sese ostenderint, posse, remoto scandalo, in foro sacramentali interim absolvi ad finem dumtaxat lucrandi Iubilaeum, cum onere quam primum se subiiciendi etiam in foro externo ad tramitem iuris.

XI. Ad peccatum quod attinet, per can. 894 reservatum ratione sui, confessarii absolutionem ne impertiant, nisi paenitens falsam denuntiationem formaliter retractaverit, et damna, si qua inde secuta, pro viribus reparaverit, imposita insuper gravi et diuturna paenitentia.

XII. Si de casu agatur, etiamsi occulto, de quo ad can. 2342, prohibeant sub poena reincidentiae, quominus paenitens in posterum ad illam religiosam domum eiusque ecclesiam accedat. Firmis quidem manentibus poenis, de quibus sub n. 2<sup>o</sup> eiusdem canonis agitur.

XIII. Religiosos, apostatas a religione, ab excommunicatione can. 2385 lata ne absolvant, quamdiu extra claustralia saepa permanserint; attamen, si ii firmum habeant propositum ad religionem suam redeundi, congruo iisdem praefinito ad id exequendum tempore, in foro interno absolvant, ea conditione ut in censuram recidant si intra praefinitum tempus ad religionem non redierint. At ii moneantur, se, quamdiu extra suae religionis domum commorentur, ab actibus legitimis ecclesiasticis excludi, privilegiis omnibus suae religionis privari, Ordinario loci commorationis subiici, atque obnoxios esse, etiam postquam redierint, aliis poenis in can. 2385 statutis. Religiosus autem fugitivus, etiamsi ex Constitutionibus suae religionis in excommunicationem inciderit, absolvi, rite dispositus, in foro interno poterit, imposita obligatione ad religionem quam primum redeundi, eadem ratione eademque sub reincidentiae poena, ac pro apostatis a religione cautum est: praeterea, si sit in sacris, ea lege, ut suspensionem observet can. 2386 statutam.

XIV. Cum de privatorum commutatione votorum agitur, id latiore quadam ratione accipiatur ita qui-

dem ut confessarii, pro sua ipsorum prudentia, in opera etiam minoris meriti eadem vota commutare possint.

XV. A lectione librorum prohibitorum, eorum praesertim qui in can. 2318 § 1 sub excommunicationis poena vetantur, ne quemquam absolvant, nisi is libros, quos penes se retinet, Ordinario aut confessario ipsi aut alii, qui facultatem eosdem retinendi habeat, ante absolutionem tradiderit: sin minus, se eos, cum primum potuerit, destructurum aut traditurum, serio promiserit.

XVI. Ad facultatem quodattinet sacras visitationes commutandi vel dispensandi, haec animadvertenda sunt:

1<sup>o</sup> Cum aliquis dispensationem obtinuerit unam vel alteram ecclesiam aut oratorium invisendi, nulla facta obligatione aliam ecclesiam vel oratorium per commutationem visitandi, noverit idem sacras visitationes quattuor semper habendas esse, quae proinde in reliquis ecclesiis vel oratoriis fieri debent; ita quidem ut christifideles vixdum ex sacra aede post actam visitationem egressi, iterum atque illico in eam ingredi queant ad alteram visitationem peragendam. Dispensatio autem alicuius ecclesiae visitandae idem non est ac sacrarum visitationum numeri imminutio.

2<sup>o</sup> Si quis vero, praeter dispensationem alicuius ecclesiae visitandae, sacrarum etiam visitationum numeri imminutionem petat, confessarii tot preces eidem recitandas praescribant, quot visitationes dispensatae fuere; quae quidem preces haud absimiles illis esse debent quae in sacris visitationibus adhibentur.

3<sup>o</sup> Ad dispensationes et commutationes, de quibus supra, quod attinet, animadvertant confessarii se conscientiam suam esse oneratos, si easdem inconulto et sine iusta causa christifidelibus concesserint.


XVII. Cum quattuor ecclesiarum visitatio non sit opus per se praeceptum, sed tantummodo iis impositum, qui libere velint Iubilaei veniae participes fieri, id visitationis onus, quotiescumque a confessariis privilegiatis debet rationabili ex causa totum vel ex parte paenitentibus remitti, ne commutetur in alia opera, quae ad peragenda paenitens sit alio obligationis proprie dictae titulo adstrictus.

Ssmus D. N. Pius divina Providentia Papa XII hanc „Instructionem” in lucem edi iussit, ut constans et tuta omnibus praesto sit interpretatio et facultatum, quae vigeant, et operum, quae praestanda sunt ad veniam Iubilaei consequendam, per proximum piacularum annum, ad universum orbem extensum.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Paenitentiariae, die XXVI mensis Decembris, anno MDCCCCL.

N. Card. CANALI, Paenitentiaris Maior  
L. † S. S. LUZIO, Regens





## Ausdehnung des Heiligen Jahres und Gewinnung des Jubiläumsablasses.

Durch die vorstehend veröffentlichte Apostolische Konstitution „Per Annum Sacrum“ hat der Heilige Vater Papst Pius XII. das Heilige Jahr auf die ganze katholische Welt und zwar für den ganzen Verlauf des Jahres 1951 (bis 31. Dezember 1951) ausgedehnt. Der Heilige Vater wünscht und mahnt nachdrücklich, daß alle Katholiken sich dieser großen und seltenen Gnade teilhaftig machen. In allen Seelsorgestellen sollen deshalb die Gläubigen durch außergewöhnliche religiöse Veranstaltungen (Missionen, Geistliche Übungen, Predigten) möglichst gut vorbereitet werden. Der Jubiläumsablaß kann (nacheinander) sowohl für sich selbst als auch für die Verstorbenen sofort gewonnen werden, als man die vorgeschriebenen guten Werke rechtmäßig verrichtet.

Die allgemeinen Bedingungen zur Gewinnung des Jubiläumsablasses sind folgende:

1. würdiger Empfang der heiligen Sakramente der Buße und des Altars. Hierfür kommen aber die Osterkommunion und die Jahresbeichte nicht in Betracht. Der Sakramentenempfang kann vor, während oder nach den vier Kirchenbesuchen erfolgen.
2. folgende Gebete, die bei jedem Kirchenbesuch zu verrichten sind: Fünf Vater Unser, Gegrüßet seist du Maria, Ehre sei dem Vater; außerdem nach der Meinung des Heiligen Vaters ein Vater Unser, Gegrüßet seist du Maria, Ehre sei dem Vater; einmal das Apostolische Glaubensbekenntnis; außerdem drei Gegrüßet seist du Maria mit der Anrufung „Königin des Friedens, bitte für uns“ und einmal das „Gegrüßet seist du Königin“. Das von Pius XII. verfaßte Gebet für das Heilige Jahr kann sinnvoll beigefügt werden, da es die Meinung des Heiligen Vaters klar zum Ausdruck bringt.
3. der Besuch der vom Oberhirten bezeichneten vier Kirchen:

- a) in der Bischofsstadt Freiburg i. Br. sind es die Kathedrale (Münster), die eigene Pfarrkirche, und zwei weitere Kirchen nach eigener Wahl;
- b) in den Seelsorgestellen außerhalb der Stadt Freiburg i. Br. bleibt die Auswahl der betreffenden Kirchen oder öffentlichen Oratorien den Pfarrvorständen (Pfarrern, Kuraten, Expositi) überlassen.

Unter „öffentlichen Oratorien“ sind nicht Kapellen zu verstehen, die lediglich der Privatandacht dienen, sondern solche, in denen wenigstens ab und zu das hl. Meßopfer dargebracht wird.

Falls innerhalb eines solchen Seelsorgebezirkes die erforderliche Anzahl von Kirchen oder Kapellen nicht vorhanden ist, kann der Pfarrvorstand bestimmen, ob der Ablaß durch Besuch von Nachbarkirchen oder durch wiederholten Besuch der eigenen Pfarrkirche gewonnen werden kann.

4. Weitere Erleichterungen bezüglich Dispens oder Zusammenlegung der Kirchenbesuche können vom Pfarrvorstand oder vom Beichtvater aus wichtigen Gründen gewährt werden (z. B. für Reisende, Ordenspersonen, Kranke, Greise über 70 Jahre, Heiminsassen, Internatszöglinge). Klosterfrauen können die Jubiläumsbeichte bei jedem Beichtvater ablegen.
5. Die Beichtväter erhalten durch die Apostolische Konstitution ausgedehnte Vollmachten; die Instruktion der Hl. Poenitentiarie gibt darüber genaue Anweisungen. Eine Zusammenstellung dieser Absolutions- und Dispensvollmachten geht sämtlichen Geistlichen zu. Die Beichtväter wollen sich mit der Konstitution und der Instruktion eingehend und rechtzeitig vertraut machen.

Wir betrachten es als selbstverständlich, daß alle in der Seelsorge stehenden Geistlichen ausreichend Gelegenheit zur Ablegung der Jubiläumsbeichte geben. Die zu besuchenden Kirchen und die zu verrichtenden Gebete sind durch öftere Verkündigung von der Kanzel, sowie durch Anschlag an den Kirchentüren bekannt zu machen.

Auch jene, die bereits 1950 den Jubiläumsablaß gewonnen haben, können desselben im Jahre 1951 wieder teilhaftig werden.

Freiburg i. Br., den 9. Februar 1951

† Wendelin, Erzbischof